



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. XIII. Detestabilis est Ecclesiasticorum ignorantia, hinc demonstratur
summe illis esse necessariam scientiam sacram

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Chrysostomus: Hom. 86. Turrem tuam curas,
quam si bene ordinaveris, nulla tibi alia sollici-
tudo impendet: Sacerdos si vitam suam dispo-
suerit, tuam autem non diligenter curaverit, cum
impiis in gehennam detrudetur, & non nunquam,
non suis actionibus, sed tuis damnatur, nisi omnia,
quae ad te spectant, efficiat.

Caput Decimum Tertium.

Detestabilis est Ecclesiasticorum ignoran-
tia, hinc demonstratur summe illis
esse necessariam scientiam
sacram.

Lamentabatur olim, acerbèq; deplorabat
S. Laurentius Justinianus de spir. anima inter
Ecclesiasticorum ignorantiam, tanquam sum-
mè propudiosam S. Ecclesiae: Nonne Ecclesia
quoddam est dedecus, inscium videre Presbyte-
rum, cui utiq; congruit erudire populum, & ad se
confluentibus monita propinare salutis? Quae
autem major deformitas quàm videre in Eccle-
sia sacerdotem, occupantem locum Magistri
ac Doctoris in populo, qui tamen totus igno-
rans est? Tam necessaria sacerdoti est sacra
doctrina, ut S. Hieronymus in cap. 2. Aggai, ta-
lem sacerdotis nomine indignum iudicet,
qui illa caret: Si sacerdos est, sciat legem
Semi-

Domini, si ignorat legem, ipse se arguit nomine
 Domini sacerdotem; sacerdotis enim est scire
 legem, & ad interrogationem respondere de lege.
 Hinc est quod in Synodo Romana scriptum
 fuerit ad Clerum Constantinopolitanum
Dist. 38. ex Ep. 27. S. Leonis. Si vix in laicis tolera-
rabilis videtur inscitia, quanto magis in eis qui
presunt? Nec excusatione est digna, nec venia.
 Singularem meretur reflexionem pro hoc pro-
 posito, illa cœlestis Magistri Sancto Petro
 facta exprobratio: *Matth. 16. v. 23. Vade post te*
Satana, scandalum es mihi; hæc que tam accu-
dicta sunt ad unum quem ex toto humano
genere elegerat ad stabiliendam suam Ec-
clesiam, ad debellandas portas infernales.
 huic datur nomen Satanæ? In eodem capitulo,
 paulò ante ipsum vocaverat Beatum
Beatus es Simon, & jam refert titulum Diaboli
 li? Certè, de ipso suo proditore nihil ejus
 xit, cum jam factus esset dux eorum, qui
 ipsum morti erant tradituri: *unus ex illis*
Diabolus est; Petrus autem ob hoc solum
 reprehenditur, quia ex mero amoris motu,
 quo erga suum ferebatur Magistrum, mentem
 ipsum subtrahere volebat: Respondet dicitur
 cultati huic Basilius Episcopus Seleucensis
Petrus amoris fert contumeliam, ex ignorantia
offendens, verbis vapulat: Imo & textus ipse

causam genuinam exprimit : *Quia non sapi-
tis ea qua Dei sunt, sed ea qua hominum*; sum-
menamque erat inconueniens, quod is, qui
paulo ante electus fuerat pastor ovilis Christi,
instructus non esset doctrinâ sacrâ : *Non
sapit ea qua sunt.* Gloriosè militaverat in ex-
ercitu Imperatoris Nepotianus, cum tandem
ex uasû Avunculi sui Episcopi Eliodori, se
transtulit ad castra Clericalia : cognoscens
statim utriusque militiæ differentiam (sicuti
& alibi tetigimus) totum sese dedit divino
cultui, studuitque ut summo cum decore, ac
splendore omnia in sacris peragerentur : in
pietatis ac devotionis exercitiis erat assiduus,
ac specialiter oratiõî incumberebat continuus;
& tamen per hæc omnia, spirituali suo dire-
ctori S. Hieronymo non satisfacerebat, mo-
nuitque ipsum in una sua epistola 2. ad Nepot.
hisce formalibus: *Disce, quod doceas eum, qui
secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut
possis exhortari in doctrina sana*: notum est e-
nim omnibus illud Malachiæ oraculum: *La-
bia Sacerdotis custodient scientiam, & legem re-
quirent de ore ejus; c. 2. v. 7.* Ideo non absque
mysterio ordinavit Deus in Rationali summi
Sacerdotis exarari verba ista: *Doctrina &
veritas*, optimèque advertit S. Hieronymus
in Malachiam, quod, *idcirco in sacerdotis pe-
lore*

etore Rationale est; in Rationali doctrina et
 ritas ut discamus sacerdotem, doctū esse debet
 S. Ignatius Lojola in ætate latæ provectus
 sese consecraverat, cumq; militiæ, ac vitæ
 licæ totus fuisset deditus, studiis parum
 buerat, atq; ideo, licet sumo suo cum ruber
 ita ut etiam digitis monstraretur, non de
 ctavit publicas frequentare scholas, ac in
 rili ætate prima discere rudimenta, quæ ali
 lent scire ac callere in pueritia: Dum e
 fundare debebat Societatem, in qua, tanq
 in elevato quodam sidere splendere deb
 cum pari sanctimonia ac pietate, doctrin
 scientia, ut foret ornamentum Cleri, decur
 cerdotalis dignitatis, ac promptuarium
 stianæ eruditionis; Sanctus ille, dico, nec
 rium sibi duxit adhibere litterarū studia,
 obstante quod jam egregium fecisset prog
 sum in libro crucifixi, optimè gnarus, non
 nus Ecclesiæ fore necessariam, ad hostium
 adversariorum retundendos impetus, con
 riosq; incursum, sanctitatē quam doctum
 Verum quidem est, Christū ad fundandā Ec
 clesiam suam, elegisse idiotas, rudes milites
 piscatores, ast iterum verum quoq; est, qu
 quamprimū illi fuerunt destinati, ut Evan
 liū prædicando divulgarent, ipsis infusa
 spiritum sanctum omnis veritatis adpr
 ferit scientiā; Cū venerit ille, vos docebit

Iuan 14. v. 26. dumq; Apostoli solliciti essent, ut in locum proditoris Judæ alius eligeretur ac substitueretur Apostolus, hacq; in electione concurrerent Barlabas, qui triū Apostolorum erat frater, & per Antonomasiā dicebatur iustus, & Matthias, hic alteri prælatus fuit, cujus causā simul & mysteriū pandit S. Antoninus: *Ab Apostolis Matthiā doctū eligi, ad insinuandū posteris Rectoribus Ecclesiarū, quod periti viri, nō idiotæ sunt ad Clerū, & ad regimē animarū assumendi.* Debet ergo unusquisq; sese reflectere, quē in finē à Deo assumptus sit, ac præ reliquis electus tanta cū gloria, ad intimā, ac secretiorē domus ipsius aulæq; familiā: *Non ad multiplicandū numerū familia (sunt verba Petri Blesensis, Ep. 15.) aut equorū, nō ad dandas parētibus dignitates, sed ad dandā sciētā salutis plebi ejus.*

Doctrina illa, illud lumē scientiæ sacrae, producere nobis servire debet, ut secure deducamus animas, per horridas vitæ illius tenebras. *Illuminare his, qui in tēbris & in umbra mortis sedēt, ad dirigēdos pedes nostros. Nō debet errare, qui eligitur viā errantibus demonstrare,* scripsit S. Gregorius Lib. 7. Reg. indo. 3. Ep. 100. Non absq; ratione exprobraverit quis Sacerdoti idiotæ; *Nomen habes quod vivas, & mortuus es, dum scientia (ut ita dicam) quasi anima Sacerdotis est, ipseque Presbyter à sapientia denominatur* ut notat S. Isidorus: *De offic. Eccl. Lib. 2. cap. 7.*

Ergo, concludit idem Sanctus, si Presbyteri à sapientia nominantur, miror cur insipientes constituentur. Inter reliquas ordinationes à DEO Moyse præscriptas Exod. 25. vers. 11. circa dispositionem Tabernaculi, hæc una fuit: *Duos quoque Cherubim facies, ex utraque parte oraculi.* Quænam causa fuit, aut ratio, ob quam ad ornatum hunc potius electi fuerint Cherubini, non autem Throni, Principatus, vel etiam Seraphini? Respondeo, per illos præfiguratos fuisse Ecclesiasticos, qui ad custodiam Paradisi positi sunt, dum illis eisdem consignata commissaq; est clavis. Quomodo ergo illi, ut subsistant, non debent esse angeli per puritatem, per firmam in divino cultu subsistentiam, per benignitatem ac beneficentiam, per contemplationem? sed super hæc omnia, quomodo non debent esse scientiâ, sapientiâque Cherubinorum instar, præditi, quos alii tanquam oracula auscultent, in decisionibus casuum conscientiarum, exhortationibus spiritualibus, consiliis, prædicatione Evangelii, confutatione errorum, & instructione ignorantium? Ideo advertendum est, in Diœcesibus bene ordinatis, constituta esse ac fundata collegia & seminaria, in quibus doceantur ac prælegantur variâ, maximeque utiles scientiæ, qui servant disputationes, tra-

quen
à Cle
te à c
aniv
facu
five
qui n
ctan
temp
go m
mus,
no, p
ne, p
sum
fia, ac
minu
ordin
tes, &
bonor
corrig
S. Ilic
cæren
post
pertu
oscula
tem S
cerdo
ram d
que

quentent Academias, omnique cura studeant
à Clero profligare tenebras ignorantia, ut po-
te à quo dependet lux, salus, bona que directio
animarum. Experientia monstrat in omni
facultate seu arte, sive Juridica, sive Medica,
sive Militari, aut quavis alia, semper eligi eos,
qui majori polleant scientiâ ac doctrina, tra-
ctant enim illæ de salute corporali, de bonis
temporalibus, ac utilitate publica, quanto er-
go magis doctos ac expertos requirere debe-
mus, pro animarum regimine, pro cultu divi-
no, pro conservanda, ac propaganda Religio-
ne, pro recta disciplina in populo, quæ omnia
summi momenti negotia sunt, quæ in Eccle-
sia, ac Christianismo reperiri possunt? Non
minus quoque malè viventes ac scandalosi ab
ordinibus sacris arceri debent, quam ignoran-
tes, & idiotæ, siquidem, *illi exemplis suis vitam
bonorum corrumpunt, isti sua ignaviâ iniquos
corrigerere nesciunt*, estque hæc fortissima ratio
S. Isidori. *Lib. 3. sen. c. 35.* Non vacat mysterio
cæremonia illa in Ecclesia Dei, qua in sacro
post solemniter decantatum Evangelium a-
pertus liber sacrificanti Sacerdoti porrigitur
osculandus, sed per hoc intendit, juxta men-
tem S. Bonaventuræ, in *Ps. 56.* significare, sa-
cerdotibus, ac ministris Altaris sacrâ Scriptu-
ram debere esse patulam, apertam, ac obviam:

Liber significat sacram Scripturā, quae debet esse aperta sacerdotibus: Postquā Apostoli consecrati fuerunt Sacerdotes, nō casu aut fortuito dixit illis cœlestis Magister; *Scitis, quid fecerim vobis?* Notatu dignū est verbū illud *scitis*: Exhoratus illos fuerat prolixo sermone, adpromiseratq; adventū Spiritus sancti, qui tanquā Magister ipsorum, eos foret instructurus de cunctis necessariis: *Ille vos docebit omnia*; vix mortuis resurrexerat, cum in itinere in Emata dedocet duos discipulos suū errorē, eosque in sacrae intelligentiæ scripturæ instruit, quā Ambrosius *Lib. 3. de fide c. 7.* vocat, *Librū Sacerdotale*; & per 40. dies, in diversis apparitionibus eos catechizavit de mysterio Regni Dei, ac Ecclesiæ: Dumque ipse met sternere, ac confundere vellet Luciferū, S. Scripturæ armis usus est: suo hoc exemplo hanc nobis relinqueret doctrinā, quod *Clericorū arma ad debellanda vitia. atq; aereas potestates, Divina est Lex.* promittit S. Laurentius Justinianus. *ibidem.*

Quis credat? Calamitatem, miseriam, populiq; dissolutionē derivari, originemq; trahere à nostra ignorantia? *Propterea captivus dicitur est populus meus, quia non habuit scientiā*, legimus in Isaia, *c. 5. v. 13.* Per nihil aliud magis in urbibus, vicis, ac cōmunitatibus multiplicatur abusus, ac invalescunt scelera, quam quia sacerdo-

sacerdotes in pulpitis contra vitia non exar-
 descunt, ac simplicibus & rudioribus Religio-
 nis nostræ dogmata, ac sacramenta non expla-
 nant: *Maledictū, & mendaciam, & homicidiū,*
& furtum, & adulteriū inundaverunt; propter
hoc lugebit omnis terra, & infirmabitur omnis,
qui habitat in ea, hujusq; rationem subjungit
 Propheta Oseas, cap. 4. *non est scientia Dei in*
terra, loquiturq; Propheta de ignorantia Sa-
 cerdotum, in cujus pœnam paulo infra dicit,
 Deum illos rejecisse à sacro suo munere sacer-
 dotali: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te,*
ne sacerdotio fungaris mihi. Non sine mysterio
 exponit hoc Glossa interlinearis, Scientiã Do-
 mini, ut sciremus Deū suis in ministris non ex-
 petere vanam aliquam, inutilem, planèq; pro-
 phanam scientiam, sed solidam, sacram, totam
 Divinã: hinc fit, quod plures, vivaci pollentes
 ingenio, pluribusq; à Deo ditati talētis, abdu-
 cantur ad captandã vanã in Academia Parnassii
 aurã, aut vulgi in theatris ac scœnis aucupan-
 dū applausū, qui in pulpitis ac cathedris, quæ
 scholæ Christi sunt, instruere debebant po-
 pulū, ac docere fidei nostræ veritatem, simul-
 que praxim ejusdem, quid facere, quid evitare
 teneantur; hocq; est, ut credo, quod S. Augu-
 stinus Ep. 41. hac similitudine inuendo expo-
 brare voluit: *Si calicē aureū invenires in terra,*
donares illū Ecclesia Dei, accepisti à Deo ingenii
 S s spiri-

*spiritualiter aureum, & ministras inde libidinibus, & in illo Satana propinas te ipsum: Quot, quantosq; videmus electos, deputatos ac consecratos Ecclesiæ ad promovendum cultum honoremque Dei, ad extirpanda vitia, inferendas virtutes, & in timore Dei instruendos fideles, huncque in finem largiter provisos redditibus beneficialibus, totos sese impendentes, absque ullo suæ dignitatis, status ac conditionis respectu, in componendis variis ac inutilibus tractatibus, & quod pejus est, ingenio suo abutentes sæpius ad ea quæ bonis moribus sunt contraria, & quandoque scandalosa: habent, quod timeant tales æternam reprobationem, siquidem verbum illud, *repellam te*, etiam intelligi potest de expulsiōe ex cælo. Utitur hoc in proposito Albertus Magnus *ibid.* exemplo filiorum Heli: *Heli filii Belial, nescientes Dominum, & officium Sacerdotum ad populum, & hoc est quod sequitur, repellam te*, illique, prout dictum est, improvvisa morte occubuerunt, cum evidenterternæ damnationis signo. Dionysius Carthusianus super citatum Osee textum scribit: *Sacerdotes de tribu Levi in Regno Judaemuerunt, Sacerdotium peccare, & à Chaldaevastari, quoniam doctrinam Prophetarum repulerunt: ergo* (ex hisce præmissis, & pluribus aliis*

aliis supra quæ prætermitto, deduco hanc consequentiam) *quantò magis Sacerdotibus Evangelicæ legis congruit scientia?*

Caput Decimum Quartum.

Agitur de peccato Omissionis, summè pernicioso in Ecclesia, & gravissimo in Ecclesiasticis.

O mni viâ modoque studet antiquus infernalis serpens, nos inficere peccatis omissionis, optimè sciens illa parum adverti, ac proinde minus quoque caveri, ex quo tandem sequitur irreparabile damnum nostrum, summumq; disciplinæ Ecclesiasticæ dispendium: *Tigna domorum nostrarû cedrina*, dicit sponsa in Canticis c. 1. v. 1. quæ figura fuit Ecclesiæ; nihilominus cedrinæ istæ trabes putrescent, si per negligentiam nostram non arceatur, ac avertatur aqua cadentis stillicidii: *In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus*, ita scriptum reperimus in Ecclesiaste, c. 10. v. 20. quæ verba magnus Hugo Purpuratus explicans in sensu mystico, confundens, ac redarguens præteritas nostras negligentias, infigne pro futura

S 6 caute-